

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

parte Promptuarii suam habent peculiarem Dispositionem, Num. XLI. Quia igitur hic vnus locus tribus Dispositionibus iam mediocriter illustratus est, nihil hic addere volui. Sequitur ergo

THEMA LXXV.

Psal. 146. v. 4.

*Exiuit spiritus hominis, & reuertetur in terram suam.
In die illo peribunt omnes illius cogitationes.*

DISPOSITIO.

Breuis hæc est, ac excellentissima sententiola Psalmi, qua paucis & valde emphaticis verbis, Deus nobis omnem fiduciam in homines quoscumque sic prohibet, & sic à confidentia illa (plerisque innata) auocat, vt manibus quasi palpare possint, quam stulte & impie agant, si suorum (vt ita dicam) idolorum, hoc est, patronorum quorumcuq; & primatum vel in Ecclesiastico vel politico ordine, præsidio suffulti, aliquid tentent, Deo & honestati atque proximo contrarium vel aduersum.

Nos itaque primum rationes illas Spiritus sancti examinabimus, quibus omnes homines ab admiratione & veneratione humanorum præsidiorum auocare conatur. Deinde audita ad nostrum vsum accommodabimus.

I. Ratio.

Singula verba aliquid habent in recessu, ideoque singula probe enucleanda.

1. *Exiuit spiritus hominis.* Quid quæso (vult dicere) speras ab homine? Cum homo sit, hoc est mortalis sit, & antequam tibi benefacere possit, euocetur ex hac vita.

2. Et id quidem de omni homine verum est: siue Rex sit siue subulcus. Pallida enim mors æquo pulsar pede pauperum tabernas regumque turres. Mors sceptrâ lignibus æquat.

Q 5

3. Atque

3. Atque cum ille nihil minus cogitat, erit spiritus eius. Sive de vera, sive de anima hominis intelligas, perinde est. Es gehet ohne das Leben aus. Oder die Seel sehret dahin und schiedet sich vom Leib.

4. Nec exit spiritus illius, quando homo id vult, sed exiit quando non vult. Wann es jme vad auch dir am aller bageligensten ist / so muß er fort. Et illa emphasis maior est in German. verl. Er muß darvon / siue velit siue nollit.

5. Nec scis tu ad quem locum transierit. Esto quod transierit ad locum bonum: si bonus fuit. Ad iustos transiit igitur, nec reuertetur huc ad te. Hiatus, Luc. 16, verl. 26

At forte ipse etiam transiit ad locum, vbi male ipse est. si malus fuit. Transiit, & ecce non erat impius, Psal. 77. v. 36. So muß jha nur der Teuffel hia haben. Willst du dann in der Hölle suchen / so wirstu ein böß. s finden thun.

II. Ratio.

Reuertitur ipse in terram suam. Spiritu exeunte de corpore, corpus reuertetur in terram ocuus, quæ mater est omnium, Syr. 40. ideoque dicitur in terram suam, ex qua scilicet natus est. Num quid igitur tu mortuo cadaveri te associabis? aut ab ipso sepulto sperabis auxilium, & consilio illius iam putrefacti vti poteris? In quem igitur speras? Anima euolauit hinc, corpus computruit. Vbi tuum præsidium.

III. Ratio.

Quamprimum is mortuus & sepultus fuerit, omnes illius cogitationes & consultationes vna cum ipso perierunt. Expirat enim tum cum ipso, quicquid animo suo vnquam cogitauit. Esto itaque quod voluerit tibi benefacere talis aliquis homo, quod voluerit te promouere ad dignitates, & honores, &c. iam non poterit id facere, quod animo suo concepit viuus. Quia mortuus & sepultus. Vide igitur, quomodo omnia e: iam simul tua consilia,

habet omnis
natural tu
si propus aut
pim nocere pro
transierit, au
dian, Caj. vi

1. Exprez
nellitus sit,
est: Do vno
lure, qui col
ferat, quod
potest in le se
prim con fide
si et, siue bo
men homin
mysti. M
phorum
& vix ecc
men hom
Conf
spesio D
homines
ria vsque a
reum, P
let esse seru
disturbat.

Variisq
ille filius de
innuitur &
6. An. de cap
Benedicti
fidelis, omni
causes. Rom
plum confidit

lia & spes omnis tua simul in fumum abierit, quam primum illud tuum Idolum clausit oculos. Nonne tu voluisti per ipsum authoritatem extolli? Nonne voluisti per ipsum nocere proximo? Stulte. Abi, Evoca illud idolum tuum ex inferis, aut ex sinu Abrahami. Vade ad sepulchrum illius, *Laf dir helsen*.

L O C I.

I. Ex prædictis facile est conicere, quod stultus & maldictus sit, qui confidit in homine & corde suo recedit à Deo vivo, Jerem. 17. v. 5. Sunt enim tales veri Idololatæ, qui colunt homines tanquam Deum, quia ab his sperant, quod solius *Dei est*, & quod solus Deus prestare potest in se sperantibus. Non igitur bonum est, imo impium confidere in homine vello, Psal. 118. v. 8. quis enimque is sit, siue bonus siue malus, siue magnus siue parvus. Tamen homo est. In hominibus non est salus, Psal. 14. 6. *Kein nutz ist Menschen Hülf*. Psal. 60. v. 12. Et si homo fecit optimum, quod potuit facere, tamen homo est mortalis, & vix cœpit aliquid, Syr. 18. v. 6. & si celeberrimus est, tamen homo est, Ecclef. 6. v. 10.

Confundit itaque illa spes in hominibus posita: at qui spes in Deo non confundit, Rom. 5. v. 5. Taceo hic quod homines sunt mutabiles, & voluntas eorum ambulato-ria vsque ad mortem: vt possint mentiri & fallere sperantes in se, Psal. 116. Omnis homo &c. Ponimus casum, illos esse seruantissimos fidei, tamen mors illorum consilia disturbat.

Vtriusque casus miserabile exemplum est, Isboethus ille filius Saulis in suo Abnero confidens: qui & mendax inuenitur & fallax, &c. Vide 2. Sam. 2. v. 8. & Ibid. cap. 3. v. 6. & 11. & cap. 4. v. 1.

Benedictus ergo qui in Domino confidit, Jer. 17. v. 7. Is fidelis, omnipotens, omniscius & diues in omnes inuocantes, Rom. 10. v. 12. Nemo vnquam pudefactus, qui in ipsum confidit, Syr. 2. v. 11.

II. Sic

11. Sicut peccant, qui sibi talia Idola humana eligunt, in quibus confidunt: ita peccant & hi, qui se omnibus eiuſmodi cultoribus patronos promittunt fore constantissimos: & patiuntur sic se coli & venerari tanquam Deos, spem facientes amplissimam suis illis clientulis. Scilicet sunt hi & impii. Non cogitant se mortales. Non fortunam volubilem sciunt, quod ipsi etiam possint deturbari. Sic sapius seipſos & suas creaturas perdunt.

Exemplo esse potest ille Haman, Esth. 3. v. 2. & 5. v. 11. & 7. v. 10. Abner multa pollicetur Dauidi, ac mox interficitur, 2. Sam. 3. Sapiens & pius non audet maiora viribus, Prou. 11. v. 7. & 12. v. 5. & 25. v. 13.

F I N I S.

THEMA LXXVI.

Prouerb. 11. v. 4.

Diuitiae non proderunt in die ira, &c.

Dispositionem huius Thematis, vide supra in parte I. Promptuarii, Classe I X. Num. XVII. pag. 810.

THEMA LXXVII.

Prouerb. 14. v. 27.

Timor Domini fons vitae, ad recedendum à laqueis mortis.

DISPOSITIO.

Si scirent homines, in loco quodam ab hinc remotissimo, scaturire terram fonte aliquo, ex quo bibentes vitam possent in multos annos producere, & vim mortis auertere; bone Deus, quantus foret ad fontem illum concursus, diuitum & pauperum, iuniorum & seniorum, vtriusque sexus hominum. Et metus esset, ne pauperes à fonte illo arcerentur à magnatibus; nobiles, diuitibus; qui exclusis cæteris aquas illas sibi cuperent seruare. Atqui Salomon hoc loco monstrat talem fontem

maie qui con
 ruitibus
 oiaque etiam
 tany, et vian
 iterandum tra
 qualis fons.
 mane, praeter

Defiore hic
 & etiam g
 mo de factu
 equum mag
 Vide quanto
 17. Commem
 penae à laco

Et ceptu
 praeterit
 uis de v
 Ve Plalm.

10. de fon
 saluis die
 fontibus
 in vitam
 Ita scien
 gnae aut fon
 cula.

Diuites te
 rem timor D
 ras, que De
 memis vt D
 cauzans ne

Moloch. 1. v.
 Timorem
 pnce ex verbis
 epul.

tem